



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 13. Iglaviæ Conventus pro concordia Bohemorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

Sæcul. XV. mis recuperata, eo se contulit, inde  
A. C. 1436. rebus suis faciliori negotio consulturus

Florentiæ instituit Scholam Clericorum, qui sub quodam Rectore in cantu Ecclesiastico, & latino idiomate imbuerentur. Assumebantur autem nonnisi Juvenes bonis moribus prædicti ex legitimis natalibus orti, decimum aut decimum quintum ætatis annum agentes, qui ibidem permanerent, donec sacro Presbyteratus ordine iniciati essent. Incumbebat Episcopo eisdem ad sustentationem necessaria suppeditandi sollicitudo. Haud absimile Collegium Petrus Burdigalensis Archiepiscopus instituit in commodium duodecim pauperum, qui per decennium interis erudirentur, eo fine, ut postea ad Sacerdotium promoti Ecclesiis inservient. Pia hæc, ac saluberrima institutio ansam præbuuisse videtur Concilii Tridentini Patribus, ut evoluto centum & amplius annorum curriculo in qualibet Diœcesi ejusmodi Seminaria erigi præscriberent.

### §. XIII.

*Iglaviæ Conventus pro concordia Bohemorum.*

Hoc eodem anno concordiam cum Bohemis in Conventu Iglaviæ Olmicensis Diœcesis civitate indicto stabili-

tar  
mu  
stri  
Co  
Co  
Joa  
Bo  
qu  
du  
bu  
nic  
rur  
  
Ca  
  
V  
cre  
uni  
in  
con  
tis  
sub  
con  
car  
gr  
fa  
ra  
Bo  
idq  
tus

tam reperimus. Intererant ipse Sigis-  
mundus Imperator unacum Alberto Au-  
striæ Duce ejus genero, necnon iidem  
Concilii Basileensis Deputati, Philibertus  
Constantiæ in Normannia Episcopus, &  
Joannes Polemar, aliique eorum socii:  
Bohemi jam antea illos quadraginta  
quinque sectæ suæ articulos ad quatuor  
duntaxat restrinxerant: Nunc vero tri-  
bus adhuc neglectis, uni soli de commu-  
nione sub utraque specie acriter insti-  
runt.

#### §. XIV.

#### *Communio sub utraque specie Bohe- mis permissa.*

Verum circa hunc quoque articulum  
concordia restituta est sequenti de-  
creto: *Bohemis ac Moravis Ecclesiasticam tom. Conc.  
unitatem, pacemque complectentibus, seque p. 1541.*  
in ceteris omnibus præterquam in usu  
communionis utriusque speciei, universa-  
lis Ecclesiæ fidei ac ritibus conformantibus  
sub dupli specie panis scilicet ac vini his, qui  
consuevissent, divinæ Eucharistiæ communi-  
care licebit, donec generale Concilium con-  
gregatum diffiniet, & quod utilitati fidelium,  
salutique congruat, lege in perpetuum valitu-  
ra constituet. Quo facto, si perseveraverint  
Bohemi in ejusmodi communionis desiderio,  
idque missa legatione petierint, sacer conuen-  
tus Bohemicæ ac Moraviæ sacerdotibus com-  
muni-